



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/320823>

# THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

**BART. JAC. LINTELO DE GEER,**

PHIL. THEOR. MAG., LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCTOR, PROP. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO AC HODIERNO HONORIBUS ET PRIVILEGIIS,

**IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,**

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**ALBERTUS VAN DELDEN,**

**Daventriensis,**

DIE XI M. OCTOBris A. MDCCCL, HORA II.

DAVENTRIAEC,

APUD J. DE LANGE.

MDCCCL.

# ГЛАВА СОВЕТЫ ПОДРОБНЫЕ

СОВЕТЫ ПОДРОБНЫЕ ОДНОГО ДНЯ



I.

Novissimo jure Romano etiam is, qui in adoptiva familia est, patri naturali ab intestato succedit una cum ceteris ex ordine descendantium.

II.

Contra eum, qui ex compromisso arbitrium suscepit, nulla, jure Romano, datur mandati actio, si is sententiam dicere non vult.

III.

Conciliari non potest L. 14 D. *de reb. cred.* cum L. 9 § 1 D. *de Seto Maced.*

## IV.

Pignus sortis, jure Romano, non etiam obligatum est pro usuris, nisi hac de re convenit nominatim.

## V.

Unus conjugum, qui separationem thori et mensae obtinuit ob causam, quae etiam divortio locum dare potest, durante illa separatione, ob idem facinus repetitum divortium petere potest.

## VI.

Servus, qui ex coloniis nostris in patriam nostram venit ideoque liber fit, si in colonias revertitur, an ibi liber maneat, servusve rursus fiat, dijudicandum est ex jure, quod in iis coloniis obtinet.

## VII.

Socius delicti (*medepligite*), in casu artie. 885. 1<sup>o</sup> C. C., non ut indignus ab hereditate excludi potest.

## VIII.

Heredes necesse non habent testatoris observare

voluntatem, eos jubentis, per aliquot tempus in communione manere.

#### IX.

Conditio non faciendi illud, quod contra bonos mores est vel lege prohibitum, non vitiat contractus.

#### X.

Improbanda est dispositio artic. 236 *princ.* Codicis Mercatorii.

#### XI.

Si in casu artic. 288. c. C. M., assecuratus vi majori prohibeat, quominus aedificet, tamen damnum, quod sensit incendio, sibi resarciri recte petit.

#### XII.

Donationes rerum immobilium, foro cedente donatore, rescindi non possunt, si ante tempora articuli 775 C. M., rite acceptatae sunt, licet traditio intra tempora locum habuerit.

#### XIII.

Si litterae cambiales ante diem, quo solvendae sunt, ab ipso trassato deducto interusurio solvuntur

(*gedisconteerd worden*), haec solutio rescindi non potest ex artic. 773 C. M..

## XIV.

Judex, etiam si non rogatur, executionem provisoriam ex officio pronuntiare debet in casibus artic. 52 C. de meth. proc. in caus. civ..

## XV.

Poena exsiliī nostris temporibus improbanda est.

## XVI.

Is, qui necandi animo, venenum alicui propinaverit, sed tam parva quantitate, ut mors inde sequi non possit, tamen puniendus est ex artic. 301 C. P..

## XVII.

Qui vulgo dicitur conatus falsi testimonii, tamquam crimen perfectum, puniendus est ex artic. 361 *sq.* C. P..

## XVIII.

Vocabulum „*instructie*” in artic. 380 C. Q. Cr. occurrentis, intelligendum est etiam de inquisitione prævia (*voorloopige instructie*).

## XIX.

In scholis, secundum artic. 194 c. legis fundamentalis, publice erigendis, religionis institutio (*godsdiens-onderwijs*) non est admittenda, neque ideo peculiares cuique sectae religiosae scholae condendae.

## XX.

Privilegia, quae rerum inventoribus conceduntur (*oetrouwijnen*), improbanda sunt.

## XXI.

Prodest industriae, si inter operarios et eos, qui fabricas habent (*ondernemers*), aliqua intercedat societas, quod attinet ad lucra et damna fabricarum illarum, at vi hoc nequaquam introducendum est, sed ex libera partium conventione oriri debet.

---

